

dies iudicij reuelatus sit. Causa prima A est, vt omnibus impiis predicto illo, inexcusabiles sint. 2. Vt electi illud effugiant in columas. II. tractat de huius iudicij ordine & modo. Et, de calamitate mundum oppressura; & quomodo futuri homines dicantur securi. 2. Congregationem omnium gentium per Archangeli tubam exhibet, & piorum à malis separationem. 3. Aduentum iudicis, confessum simul iudicantium, singulorum in suo ordine comparitionem, librorum apertionem, & quibus perspicui erunt, exaggerat. 4. Confusionem improborum. 5. Non solum ibi peccata, sed iustitias quoque esse iudicandas. 6. Illud iudicium, non solum spiritali actione exequendum esse, sed etiam voce contra impios terribili; quam ex D. Bernardo refert. B

A fol. 4. col. 1. vsque ad 6. col. 4.

Eiusdem tractatus de Aduentu Domini, ad illa verba *Matth. 21. Dicitis filie Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* In quo quatuor examinat. Causas propter quas venit: fructum quem in mundo fecit: gratitudinem quam tanto benefactori debemus: preparationem ad eum suscipiendum. De tribus posterioribus, mixtim tractat: de primo autem expresso. Et quidem, causam dicit esse generis humani reparationem: quod etsi captum effugiat nostrum, nititur tamen quatuor rationibus. 1. est ex parte culpæ, quæ infinita, simili indigebat satisfactione. 2. ex parte hominis reparandi; vt per illum, per quem C formatus fuerat, tanquam prototypon, reformaretur. Vbi declarat nos non statim ex pleno reparari per Christum: 3. ex parte Dei, vt diuitias bonitatis & misericordiae suæ ostenderet, & charitatis pondus. 4. Ex parte culpæ, vt homines tali remedio cohiberentur, & lapsi subleuarentur quæ omnia præstat mors Christi benè ponderata. A fol. 6. col. 4. vsque ad fol. 9. col. 4.

## DOMINICA SECUNDA

## Aduentus.

\* B. ALBERTI MAGNI sermo ad  
ca verba. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, &c. Luc. 21.* Prænotato quadruplici aduentu Christi, in vterum virginis, in mundum, in cor hominum, in iudicium: de secundo vt homines redimeret tria tractare instituit I. quod signum ad istam redemptionem concurreret; & facit multiplex; per signa Euangelij designatum. In sole, filium Dei: In luna, B. Virginem. In stellis, Apostolos. In terra, mulieres quæ pauerunt Dominum. In hominibus arescentibus; quorundam timorem. In mari Iudeorum maiores: In fluctibus, Scribas & Phariseos. In virtutibus cælorum motis, syderum eclipsim. II. A quibus & per quæ sumus redempti: Ab iniquitatibus, per carnem Christi. Vbi notat sex iniquitates Adæ & Euæ; quibus tot remedia satisfecit. III. Quid securum fuerit redemptionem in cruce facta. Tom. 12. Conc. 2. de temp. pag. 5. & 6.

S. AMBROSII sermo, hac die habitus, populum instruit quomodo se preparare debeat ad ritè celebrandum Domini natalem: & ducta similitudine Imperatoris terreni, ac principum Regni, illi pompaticè occurrentium. docet quibus ornamentis fideles Christo nato, cæli & terræ Dominatori, antecire & accurrere debeant; ad duo autem præcipuè hortatur ad faciem delictorū purgandam, munditiemque cordis prosequendam; & ad eleemosynam pauperibus impertiendam. Tom. 5. serm. de Temp. serm. 4. col. 5. 6.

\* S. ANTONII DE PADVA, sermo, In quo tria habentur & describuntur. Ioannis incarceration, & bonorum persecutio per mundum & carnem, hoc est, vanitatem & voluptatem. Cæcorum, claudorum, leproforum, surdorum, mortuorum, id est, superbiorum, hypocritarum, luxuriosorum, auarorum, & gulosorum, curatio: Religiosis ne-